



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas
Semper Adest**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 12. Sors à cantu fortuito, atq[ue] à cerua, & belli, & vadi, diuinitus
Clodoueo data.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](#)

aus. part. modos , Primus est, vt in latioris rotæ cur-
1. stéma- uatura , seu orbe , Apostolorum , aliorum-
tis Chri- ue Diuorum nomina scribantur, ac vnicui-
sti. die 24. que nominum suus assigatur funiculus , ex-
Febr, tra rotam , eminens: Cuius ergo Sancti fu-
niculus , impulsa in celerem circuitum ro-
ta , manu apprehenditur , is postea assumi-
tur in cultum peculiarem. Alter eligendi ,
per sortis modum , ritus est , vt nomina A-
postolorum (aut aliorum cœlitum) sub di-
uersis patinis , aut vasis temere disponan-
tur. Eum ergo Diuum, cuius quisq; nomē,
sublata patina , aut vase , reperit, colit, præ-
ceteris , tanquam patronum sibi à Deo de-
stinatum.

§. XII.

*Sors à cantu fortuito , atque à cernua , & belli ,
& vadi, diuinitus Clodoneo data.*

Gregor.
Turon.
I. 2. hist.
Francor.
cap. 37.

Possunt & alijs diuinæ voluntatis explo-
randæ modi inter Sortes computari , qualis
fuit ille, quem Gregorius Turonensis recen-
set his verbis : *Chlodonens rex ait suis : Valde
moleste fero , quodhi Arriani partem teneant
Galliarum. Eamus cum Dei adiutorio , &
superatis , redigamus terram in ditionem no-
stram. Cūq; placuisset omnibus hic sermo ,
commota exercitu , Pictaos dirigit. Et pau-*

lo

Iò pòst : Ipse verò rex direxit nuncios ad Bea-
 tam Basilicam (S. Martini) dicens : Ite : &
 forsitan aliquod victoriae auspicium ab eae san-
 eta suscipietis. Tunc, datis muneribus, quæ lo-
 co sancto exhiberent , ait , Si tu, Domine , ad-
 iutor mihi es , & gentem hanc incredulam,
 semperq; amulam tibi meis manib; tradere de-
 creuisti , in ingressu Basilice S. Martini, digna-
 re propitius reuelare , ut cognoscam , quia pro-
 pitius dignaberis esse famulo tuo. Maturan-
 tibus autem pueris , & ad locum accendentibus,
 iuxta imperium regis , dum Sanctam ingrede-
 rentur Basilicam , hanc Antiphonam ex im-
 prouiso primicerius , qui erat, incipit: Präci-
 xisti me , Domine , virtute ad bellum: supplan-
 tasti insurgentes in me subitus me , & inimico-
 rum meorum dedisti miki dorsum , & odientes
 me disperdidisti. Quod satellites audientes , &
 Domino gratias agentes , & vota B. Confessori
 promittentes lati nunciauerunt regi. Porro il-
 le cum ad fluuiū Vigennam cum exercitu ad-
 uenisset , per quem locum transire deberet , pe-
 nitus ignorabat , intumuerat enim ab inunda-
 tione pluuiarum. Cúmq; illa nocte Dominum
 deprecatus fuisset , vt ei vadum , quo transire
 posset , dignaretur ostendere , manè facto , cer-
 ua mira magnitudinis , ante eos , nutu Dei , flu-

B 4 men

men ingreditur, illaq; vadante, populus, qua transire posset, agnouit. Sortis loco, regi fuit vox, sub ingressum legatorum, in templo excepta victoriæ nuncia; & cerua ductrix.

§. XIII.

Sors viæ captæ, per ceruum à S. Ita, mulam à S. Ignatio Loyola; sicut & Balaam ab asina monitus, & Philisthai à vaccis arcum trahentibus eruditæ.

Qualis datus est dux etiam S. Itæ innocentia, ob arreptam adulterij suspicionem, ex arce ac turri præcipitatæ, atque in nemoris salutares latebras inuitatæ, ceruus cornuum ramis, candelarum instar, prælucens. Neque noster Patriarcha Ignatius à cæde Mauri aliter est abductus. *Pergentem, capto itinere, Ignatum, inquit Ribadeneira, & recta montem Serratum versus progrederentem, Sarracenus quidam, siue Maurus assecutus est (erant per id tempus in Hispania Tarragonensi adhuc aliqui ex antiquis eius gentis reliquijs) cum una irent, incidit (ut fit) illis sermo de Virginitate B. Virginis Mariae, quam cum in conceptu filij concederet Maurus, in partu negaret, ad eamq; rem naturales rationes aliquot adferret, negat ad ve-*

Petr. Ri-
bad. l. i.
Vitæ S.
Ignatij.
C. 3.